



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

35. An sit licitum sine peccato scandali consulere minus, malum ei, qui  
paratus non erat illud efficere? Ex p. 51. tr. 7. r. 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

inculpatum, non est absolvèt homicidium, quamvis sit physice, id est hominum necatio. Et ideo nostram sententiam tenet Hurtado *vbi supra*, Peregrinus de

Duello quæst. 3. num. 1. ver. quarto, & num. 6. ver. quartum.

Emmanuel Sa verb. *infamare* & *fama numer. 4.*

Aragonius in 2. 2. *D. Thomas* quæst. 70. art. 3. concil. 3.

Pitigianus in *præf. Crimin. Can. in tertio substantiali*

*indicio cap. 4.* Sotus *deangustia lib. 5. quæst. 9. artic. 3.*

Valentia tom. 3. *disput. 5. quæst. 16. punct. 3.* Sayrus

in *Clavis Regia lib. 12. cap. 4. num. 12. 13. & 14.* Felinius

in *cap. dilecti num. 10. de except.* Bartol. in 1. que

omnia, num. 1. *ff. de procurat.* vbi sic ait. Nota quod

ei, qui dicit te commissari aliquod crimen, licet potes

dicere, *Tu Mentiens*, licet enim retorquere in

alium: ita ille; cui addit *Farinacium in præf. crimin.*

*part. 2. tit. de homicidio, quæst. 125. part. 7. §. 4. num.*

526. vbi docet quod datur mentita in casu licito ad

propulsionem illatae iniurie. Hanc sententiam Hurtadus limitat, quando verbis minus asperis potest iniuria illata depelli, tunc enim non est licitum responderi iniuriato. *Mentiens*, sed inibi asserebit, quod hoc

in praxi moraliter non potest eveneri: contumeliosus enim difficillime speratur se cohibeturum, sed

perstitutum in contumelia semel dicta, aut alias ag-

gressum.

3. Reifat modò respondere ad argumenta illius

Theologi. Ad illud igitur, quod aiebat in tali casu,

dicendum esse, verbi gratia; Ego non sum Sodomita;

Hoc non est verum, Respondeo quod istæ sim-

plices negationes sunt velatae mentita; sed cùm iniuria

illata sit clara & aperta, ut es Sodomita, cur

non licitum erit iniuriato assumere defensionem aper-

tam, quæstæa est in hoc verbo *Mentiens*. Addit quod

ex istis verbis minus asperis nescio an iniuria de-

pellatur, & sperari possit iniuriatum se cohibi-

turum.

4. Ad secundum, quod dicebatur verbum *Men-*

*tiens*, ex natura sua esse offenditum, patet responsio

ex his quæ obseruauimus suprà, adducendo rationes

pro nostra sententia.

5. Ad tertium, quod hæc potius est vindicta, quam

defensio, prorsus negandum est: nam iniuriatus eodem

tempore, quod accipit iniuriam à contumelio-

so, statim ei responderet, *Mentiens*: ergo non infert ei

iniuriam, sed à sibi illata se defendit: hoc enim ver-

bum *Mentiens* in isto casu non est propriæ iniuria, sed

repulsatio iniuriæ & defensio, cùm proferatur eodem

tempore, quo ille iniuria est affectus.

6. Ad quartum, respondeo optimum esse sequi

exemplum Christi, & eius consilia: sed inde non vi-

deretur consequi esse præceptum, quod est perfectio-

nis exemplum.

#### RESOLVTO XXXIV.

An licitum sit suadere minus malum ad evitandum maius?

Et an hoc intelligatur in volente adulterium com-mittere, & suadere, ut cum tertia persona fornicetur?

Et volenti furari Petro 100. aureos, consulere v.g. ut

furetur 50. Paulo?

Et an quis possit suadere furi voluntifurari Petro 100.

& simul 50. Paulo; ut furetur 50. Paulus? Ex

p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Rel. 37.

Sup. hoc in §. 1. Negatiuè respondent Valentia tom. 3. dis. 5. Ref. seq. & io. quæst. 21. punct. 4. Emmanuel Sa ver. pec-tom. 5. tr. 6. catum, num. 8. Caiet. in 2. 2. quæst. 78. art. 4. notab. 3. Ref. 45. si gnarret ad Azorius tom. 2. lib. 12. cap. 16. quæst. 8. Couar. in 4. medium, & decret. part. 1. cap. 4. num. vlt. Gabrieli. in 4. dis. 16.

quest. 11. articul. 3. dub. 14. & alij. Er ratio eff. quia non sunt facienda mala, vt eveniam bona, & sic non licet assumere prauum medium, ad obtine-dum bonum finem; nec licet furari, vt des elicitum, mosynam, &c. Sed quando suades facere minus peccatum, inducis hominem quantum in te est, hic, & in nunc in peccatum. Ergo. Ad id vero, quod afferuntur, quod ex duobus malis minus est eligendum, respondet id locum non habere in peccatis, que volumetriæ, ac liberè acceptantur, fed in his tanum nullis, quorum unum sustinendi necessitas incumbit. Hæc Doctores citati probabiliter.

2. Sed magis probabiliter contrarium sustinendum esse puto, & ita docent Sylvius in 2. D. Tho-mas, quæst. 43. art. 4. quæruntur 2. concl. 3. Rebelling Part. 1. lib. 1. quæst. 14. scilicet 7. num. 54. Beccanij 1. 2. cap. 27. quæst. 4. num. 2. Vafquez opus. de funda-to, art. 1. dub. 1. Sanchez de matrim. lib. 7. diff. 1. num. 15. Molina tom. 2. dis. 335. Medina in part. quæst. 76. art. 4. Sotus de iust. lib. 6. quæst. 1. art. 4. Moflesius in summa, tom. 1. tract. 8. cap. 11. numer. 8. Nauart. cap. 1. num. 40. Sylvester. ver. 1. for. 2. quæst. 1. Angelus ver. vñfra 2. quæst. 2. & alij, præter nouissimum Barbosa in collect. tom. 4. part. 1. Decret. cap. duo mala, dis. 13. num. 1. 1. Dicendum est igitur, quod si quis omnino decreuerit facere magnum peccatum, licet ei suadere minus, quia talis confundit non fertur absolvèt in malum, sed in bonum, licet evitacionem maioris mali, & non simpliciter in tle-ctionem mali, quod minus est, sed in electionem eius potius, quamvis, cui consulti, eligat maius. Vide con-sulens non dicit ei absolutor, Fac hoc malum, neque istud, sed conditionaliter, si omnino decreuerit malum facere, potius elige minus; quafi diceret, sic facit tibi facere minus, & abstine à maiori.

3. Ex his apparet quod si videbam Petrum vellere & certò statuisse adulterium committere, & non posse aliter ab hoc proposito illum revocare, nullum dedendo fornicationem loco adulterii, tunc licitum est suadere fornicationem; non quatenus ipsa peccatum est, sed quatenus impedit peccatum adulterii, quod alia sequuntur fusifer.

4. Sed hæc omnia limitanda sunt, vt tali fusifice nullum damnum, seu corporale seu spirituale ter-tia personæ inferatur; & v.g. volenti adulterium committere, suadere non licet, vt cum tertia persona fornicetur, & volenti à Petro furari 100. aureos, suadere, vt furetur 50. a Paulo. Ita Layman in Theolog. mor. lib. 2. tractat. 3. cap. 13. num. 7. Secus au-tem, vt adverterit Malerus in 2. 2. tract. 4. cap. 1. dub. 3. si fur simul rem Petri, quæ valeat centum & rem Pauli, quæ valeat solùm quinquaginta, certò sit ablaturus alteram; sed dubitate, vt ratione ferre velit, si tu impediere cum nequeas alter, potius sine obligatione restitutionis suadere, vt potius rem Pauli auferat, (si modò eam auferendam cogi-tabat cum re Petri,) suadere, inquam, id potes, in genere, inculcando auferendum potius illud quod minus est, & hoc esse minus; quia Paulo non facit iniuriam, dicendo furem à maiori furore potius abli-nere debere, aut hanc rem esse minoris peccati; neque enim fur tali iudicio propriæ defensionis ad iniuriam inferendam, sed malitia sua infert noctem conclusiōnem, Paulum te sua esse priuandum. Hæc omnia Malerus ex Salonio.

#### RESOL. XXXV.

An sit licitum sine peccato scandali confidere mi-nus malum ei, qui paratus non erat illud efficiere?

hoc in Ex part. 5. tractat, 7. Refolut. 18.

**V**. Aliquis vult efficere adulterium solum, nihil cogitans de fornicatione, an possum sententiam. Rel. ego confundere fornicationem, si nolit abstinere & alii ab adulterio, & sic in similibus? Negatiue respondet Castrus Palauus tom. 1. tra. 6. disputat. 6. punct. 6. num. 9. & Hurtado de Mendoza in 2.2. disput. 17.3. sed. 10. §. 1. 10. quia iam illius peccati quod consulis, verè tu causa es, & verè peccatorem ad illud inducis, etiam si recte fine procedas. Ergo peccas. Item ille peccator non recte medio vititur ad vitandum malum graue operando minus. Ergo neque tu recte illi consulis, cum consulis operationem minoris mali, ut grauius evitetur. Iis argumentis pressi DD. prima sententia, dicunt in persuasione minoris mali non malum persuaderi, sed electionem, seu antepositionem minoris ad maius, quæ anteposito ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum necessariò facienda est, si recte procedatur. At quis non videat hoc esse illudere verbis; cum enim elec-  
tio minoris mali quantumcumque à prava & determinata voluntate mali maioris procedat, mala sit, persuasio & consilium illius mala semper erit. Neque unquam datur præceptum eligendi minus malum, sed potius datur præceptum abstinendi ab illo, & a graviori.

2. Verum ego contraria sententiam non minùs probabilem esse puto, quam tuerit Valquez opus. de scandalo, quest. 43. artic. 1. dub. 1. num. 9. quia in mortalibus res sunt accipienda secundum communem existimationem, adhuc etiam licitum videtur suadere minus malum ei, qui anteas non erat paratus illud committere, neque de illo cogitabat, vt si aliquis dissuadeat alteri adulterium, & cum nihil ab eo obtineri possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem, tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam alio modo dissuaderi non potest. Hoc autem probatur ratione superius allata, quia licitum est suadere alium, vt minus peccatum commitat, non signando materiam; ex hoc autem consilium sequitur, vt qui habebat propositum adulterij, eligit fornicationem. Ergo licitum erat fornicationem proponere tanquam minus malum. In hoc tamen paulatim procedendum est, vt primò dissuadeatur peccatum simpliciter, quod si obtineri non poterit, suadeatur deinde minus peccatum, & proponatur materia. Ita Valquez, quem postea sequitur Turrian, in 2.2. tom. 1. disput. 95. dub. 6. ver. mibi autem, & nouissime hanc sententiam docet etiam Basil. Pontius de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 16. vbi sic ait. Qui suadet minus malum ei, qui paratus est committere maius malum, non simpliciter suadet malum, sed tantum intendit vitationem maioris mali, quod quidem non solum verum est, cum illo cui præbeatur consilium, paratus erat vnum ex illis duobus malis facere, led etiam non esset paratus illud minus committere, neque de illo cogitaret, vt si quis dissuadeat alteri adulterium, & nihil ab illo obtinere possit, non erit peccatum proponere ei fornicationem tanquam minus malum ad explendam libidinem, quam aliter dissuaderi non potest. Atque id conuincent quæ ex Chrysostomo & Augustino adduximus, & hac etiam ratione excusat fæcum Lot. Gen. 15. & illius Leuite Ind. 15. qui suaserunt fornicationem nefaria hominibus, vt hac ratione evitarent peccatum contra naturam. Et quamus Lot reprehensibilis videatur ex eo, quod filiarum curam non habuerit illas profitendo, excusat tamen propter bonam fidem quam habuit, vt constat ex 2. Petri, cap. 2. qui tempore quo eductus est de Sodomis, scribit iustum fuisse apud Deum. Hinc etiam excusantur illi

decem viri, qui occurserunt Ismaeli, & ostenderunt thefauros offerentes materiam furti, ut vitarent homicidium. Hæc Pontius.

3. Non definam tamen h̄ic adnotare Hurtadum de Mendoza ubi supra, §. 119. licet teneat primam sententiam: proponere tamen alium modum in his occasionibus, vt proximus avertatur à maiori malo si ne peccato, dicit mihi Illeutum esse proponere Antoniu[m] materia noui peccati, de qua ipse nihil cogitabat, dum modo non sequatur inde tertii ruina. At non possum illi quid persuaderi, aut considerare etenim propositione illius obiecti est aut indifferentis aut bona v.g. Antonius est certus in Venerem p[re]postaram, quem ego spero per ea reuocandum, si illi veniat in mentem aliquius feminæ pulchritudo. Ego vero dicam, Talis feminæ est pulchra; aut dicam, Major voluntas capietur ex congresu cum muliere, quam cum viro. Hæc duæ positiones sunt de se indifferentes, hæc autem propositione: Minus peccatum est consilium cum feminâ, quam cum viro, hæc, inquam, propositione est bona. Quas ego profero ex animo impediendi maius malum, & ex simplici affectu, vt Antonius ex suppositione quod sit peccaturus, eligat minus malum; at vero non possum consilere, nec persuader illud obiectum, & quidem illæ representationes neque sunt consilium, neque persuasio, neque per se sunt causa, quod Antonius peccet. Hic tamen & nunc ego existimo illum peccaturum; at id est per accidens respectu propositionis vt à me sit, quia illæ ex sua prautate mouetur, non ex vi meorum verborum. Nec ego teneor propter scandalum purè palatum Antonii abstinere à representatione bona, aut honesta aliquius obiecti, quando mihi suppetit honesta ratio maioris boni ipsius Antonii. Consilium autem & persuasio non possum excludari, quia sunt causæ morales effectus, cum quo maiorem habent connexionem, quam simplex representatio obiecti; & quidem Deus multa nobis representat, quæ nobis non consulit, nec absolutè, neque conditionat. Et hæc omnia docet Hurtado loca cit. Sed ego puto secundam sententiam fatis probabilem esse, & tu tam in praxi.

### R E S O L .     XXXVI.

*An sit licitum volenti subripere nummos pauperi consilere, vt diuini scripti, determinando etiam personam?*

*Et an teneatur ratione huins consilij restituere, si furtum aliqui diuini factum sit?*

*Et quid, si in dicto casu persona dines furanda non determinaretur, an in tali casu, qui derit consilium non peccet, nec teneatur aliquid diuini restituere, si furtum sequatur?*

*Et an licitum sit, quando quis proposito committere maius furtum, consilere vt furetur minus ab eadem tamen persona; & in tali casu licitum sit cooperari cum illo, & adiunquare ad minus furtum, & fecus in consilio absclifonis membris, ne committatur homicidium, quia in hoc non licet cooperari ad absclifionem, propter eundem fieri?* Ex p. 5. tract. 7. Ref. 19.

Ad fulcien-  
dam doctri-  
nam huius  
Ref. 19.  
precedens  
Ref. & ex  
Ref. 1, p[ro]st  
quidem si solum poponas conuenientiam, quæ re-  
præterita si-  
luerit in anteponendo pauperem diuini, vt si dicas, gaueat in §.  
minus peccatum est; minörque iniuria interrogatur vlt.  
diuini,

§. 1.

*N*egatiue respondet Castr. Palauus tom. 1. tract. 6. disput. 6. punct. 6. num. 12. vbi sic ait. In hoc casu dupliciter te potes habere, vel consilendo furtum diuini, vel illud proponendo. Et Ref. 1, p[ro]st quidem si solum poponas conuenientiam, quæ re-  
præterita si-  
luerit in anteponendo pauperem diuini, vt si dicas, gaueat in §.